Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia utrumque creatorem. Iudas ergo quid fecit. Quid enim boni fecit.
Bonum de illo factum est. non ipse bonum fecit. Neque enim ait. iudas tradi
dit xpm. ut liberaretur genus humanum. In iuda tradidit xpm
auaricia. in domino mia. Non redditum est iude nisi quod ipse fecit. nisi quod de
illo fecit. Quare ista diximus. Quia est in hoc sclo impius locus est.
Et prorsus nouit dns qui sunt eius. et nouit quid pro ipsis faciat. qui non sunt
eius. Sed si tu transieris et terrena calcaueris. si non frustra sursum
cor te habere responderis. transeundo queris locum impii
et non inuenies. In illa enim uita futura quis locus impii. Nunquid
adhuc opus habemus exerceri malis. Nunquid necesse habet
aurum adhuc purgari per paleam. Totus enim mundus fornax
aurificis. Ibi iusti tanquam aurum. ibi impii tanquam palea. ibi tri
bulatio sicut ignis. ibi dns sicut artifex. Pius dm laudat aurum ru
tilat. impius dm blasphemat palea fumat. Ad unam tri
bulationem tanquam ad unum ignem. ille purgatur. ille uastatur.
sed dns artifex in utroque laudatur. Dicebam fratres exhorta
bar et uos et me ipsum. Carnales cogitationes in adiutorio dni
transeamus. sursum cor habeamus. de uita futura cogitemus. ubi cum
cor fuerit tuum transisti. ubi cum fuerit impius non ibi erit. Hic neces
sarius erat. ibi eum queres. et non inuenies locum eius.

Sermo. B. Cusebii epi. In nat. s. Stephani. M

Satis notum est beatos martyres
et amicos dei post emeritam milicie presentis admi
nistrationem in illud sclm cum fauore celesti. cum pompa et
triumphali occursu. cum angelica exultatione suscep
tos. ubi nunc remuneratoris benedictione saciantur. et
ineffabilibus gaudiis perfruuntur. In ter hec itaque re
quiramus quid necessitatis. quidue rationis sit. cum
sci martyres in illo paradysi lumine constituti huma